



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118510**

§. 1. Cæsar Ratisbona in Italiam profectus.


---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](#)

*Initium Concilii Tridentini.*



# HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ *LIBER CXL.*



PAULUS III. ROM. PONT.  
CAROLUS V. IMP. OCC.

§. I.

*Cæsar Ratisbona in Italiam pro-  
fectus.* Sæcul. XVI.  
A.C. 1541.

Solutis Ratisbonensibus Comitiis De- *Ant. de Vera*  
cretum die vigesima octava Julii fir- *hist. Car. V.*  
matum, ac publice prælectum fuit, *p. 221.*  
. postea vero Imperator ex Germania di- *Paul. Æuv.*  
*Hist. Ecclesi. Tom. XXXVIII. A. 1541.* *hist. l. 40.*

Sæcul. XVI. scedere firmo statuit animo, & recta  
A.C. 1541. in Italiam contendit, eo fine, ut Papam  
ad Concilium quantocius celebrandum  
induceret, peractoque hoc negotio de-  
mum in Africam trajiceret, bellicam,  
quam dudum præconceperat, expedi-  
tionem suscepturnus. Hanc ob rem Im-  
peri curam Ferdinando fratri suo de-  
mandavit: cum vero jam antea cum  
summo Pontifice Paulo III. de mutuo  
colloquio Lucæ habendo datis literis  
convenisset, eo se contulit, comitantibus  
eum Procerum quam plurimis, qui bel-  
li, quod Turcis Algerianis inferre decre-  
verat, comites esse desiderabant. Vi-  
cissim quoque Pontifex Romanæ urbis  
regimen Carpiensi Cardinali suo Vica-  
rio ac Sedis Apostolicæ Legato reliquit,  
atque ipius, quamvis gravi senio pressus,  
Lucam profectus est, ibidemque quarto  
ante Cæsaris adventum die pervenit, in  
Palatio Episcopali diversatus. Comi-  
tabantur Papam sexdecim Cardinales,  
viginti quatuor Prælati, atque Ministro-  
rum quam plurimi unacum Romanorum,  
Franciæ & Lusitaniæ Regum Legatis,  
præter quos aderant etiam Venetæ Re-  
publicæ, nec non Florentiæ & Ferrariæ  
Ducum Oratores, quos sequebatur Meli-  
tensis Architalaffi Legatus unacum o-  
ctodecim Ordinis Equitibus.

§. II.